Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De lineis minantibus mortem igne, & veneno

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

# De lineis minantibus mortem igne, & veneno.

## FIGVRA CCCVIII.

Habens vnam lineam intrinſecatam ſicut crux ex parte dextera in ſituatione Mercurij, vt in fig. 308. cõtremabitur.

## FIGVRA CCCIX.

Habens vnam lineam in ſituatione Martis, & alterã vndatam in ſituatione Veneris, vt in fig. 309. cõburetur.

## FIGVRA CCCX.

Qui habebit vnam lineam longam in ſituatione Mercurij cũ vnco ex parte dextera, & vnam crucem ex parte ſiniſtra deſcendentem vſq; ad ſituationem Lunæ cum altera cruce in medio in ſituatione Veneris, vt in figur. 310. veneno necidabitur.

## FIGVRA CCCXI.

Habens quatuor lineas, vnã perpendicularem, quę deſcendat à ſituatione Solis vſque ad illam Mercurij vnam breuem ex parte ſiniſtra ſimiliter in ſituatione Solis, & dues oppoſitas in ſituatione Mercurij, vt in fig. 311. cremabitur igni.

Fi-

## FIGVRA CCCXII.

Habenti vnam lineam longam in ſituatione Martis cum duobus ramuſculis ex parte dextera, qui ſe intrinſecat cum dicta linea, & faciant vncum ex parte ſiniſtra, vt in fig. 312. ignis combaret corpus.

## FIGVRA CCCXIII.

Habentem tres lineas, ideſt vnam obliquam in ſituatione Martis, vnam breuẽ ac rectam ex parte ſiniſtra in ſituatione Veneris, & tertiam ſicut S, ex parte dextera in eadem ſituatione Veneris deſcendentem vſq; ad ſituationem Mercurij, vt in figura 313. venenum porriget.

## FIGVRA CCCIV.

Habens vnam lineam obliquam, quæ deſcendat à ſituatione Martis, & feratur vſque ad ſituationem Veneris cum duobus ramuſculis, qui ſe intrinſecant, vt in fig. 314. corpus veneno torbabunt.

# De lineis præmonſtrantibus Præcipites caſuros.

## FIGVRA CCCXVi

Habentis duas lineas, ideſt vnam breuem in ſituatione Martis ex parte dextera, & alteram in parte ſiniſtra cum cruce in ſituatione Mercurij, vt in fig. 315. de alto præpciitet labetur.